



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda, Sev Ritvale Osnabrvdense

Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>

Coloniæ Agrippinæ

Benedictio Peregrinorum post reditum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41233

beati Ioannis præcursoris hortamenta sectando, ad eum, quem prædixit, secunda perveniat, Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

EXaudi, Domine, preces nostras, & iter famulorum tuorum propitius comitare, atque misericordiam tuam, sicut ubique es, ita ubique largire; quatenus à cunctis adversitatibus tua opitulatione defensi, gratiarum tibi referant actionem. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen. Pax & benedictio

✠ Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, descendat super vos, & maneat semper. Amen.

Deinde aspergantur aqua benedicta.

Quod si unus fuerit peregrinaturus, omnia dicuntur in numero singulari; ac, si Sacerdos ipse, qui benedicit, fuerit socius peregrinationis, dicat in persona prima numeri pluralis, quatenus congruere videbitur.

Benedictio Peregrinorum post reditum.

Vers. Adjutorium nostrum in nomine Domini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram. *Antiphona:* Ecce, sic benedicetur homo, qui timet Dominum.

Psalmus 127.

Pag. 326.

BEati omnes qui timent Dominum, &c. ut
supra. Antiphona. Ecce sic benedicetur ho-
 mo, qui timet Dominum. Kyrie eleison.
 Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster,
 &c. *Vers.* Et ne nos inducas in tentationem.
Resp. Sed libera nos à malo. *Vers.* Benedicti,
 qui veniunt in nomine Domini. *Resp.* Benedi-
 cti vos à Domino, qui fecit cælum & ter-
 ram. *Vers.* Respice, Domine, in servos tuos,
 & in opera tua. *Resp.* Et dirige eos in viam
 mandatorum tuorum. *Vers.* Domine, exaudi
 orationem meam. *Resp.* Et clamor meus ad
 te veniat. *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et
 cum spiritu tuo.

Oremus.

LArgire, quæsumus Domine, famulis tuis
 indulgentiam placatus & pacem, ut pari-
 ter ab omnibus mudentur offensis, & secu-
 ra tibi mente deserviant.

Omnipotens sempiterne Deus, nostrorum
 temporum vitæque dispositor, famulis tuis
 continuæ tranquillitatis largire subsidium,
 ut, quos incolumes propriis laboribus red-
 didisti, tua facias protectione securos.

Deus, humilium visitator, qui nos frater-
 na dilectione consolaris; prætende societati

nostræ

nostræ gratiam tuam, ut per eos, in quibus habitas, tuum nobis sentiamus adventum. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c. Deinde aspergantur aquâ benedictâ à Sacerdote, dicente: Pax, & benedictio ✠ Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, descendat super vos, & maneat semper. Amen.

Benedictiones esculentorum, præsertim in Pascha.

Benedictio Agni Paschalis.

Vers. Adjutorium nostrum in nomine Domini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram. *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui per famulum tuum Moysen, in liberatione populi tui de Ægypto, agnum occidi iussisti, in similitudinem Domini nostri Iesu Christi, & utrosque postes domorum de sanguine ejusdem Agni perungi præcepisti: ita benedicere ✠ & sanctificare ✠ digneris hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui ad laudem tuam sumere desideramus, per resurrectionem

A a a 2

ejus-